

14 Tertio textus in *l. fin. in principio ff. de legatis 2.* ubi testator disposuit, ut si quid obsequatum reliquisset, id vice codicillorum valeret, & cum Epistola reperta esset, que non erit obsequata, que situm fuit apud Scæbolam, an ea, que Epistola continebantur, deberentur, & respondit, quod si de Epistolæ fide constaret, deberi omnia, que testator in ea dari se velle significavit, ubi notandum est, quod etiam si disposuerit non valere nisi obsequata fuerit, adhuc tamen valet, habita fidei illius legitima probatione, idem ergo dicendum est de testamento, quod etiam si non perfecit testator morte præventus, si tamen heredem instituit, & voluntatem suam nuncupavit, nihil de novo dicturus, sustineatur, & valeat ex vi institutionis, & perfecta testatoris voluntate.

15 Quarto similis textus in *l. divi 6. §. licet ff. de iure codicillorum.* ubi disposuit quidam non valere codicillos, nisi signati, & subscripti sua manu fuissent, & tamen valent, quamvis signati, & subscripti non sint, si testatoris fuisse probentur, quia non est præ-

sumendum velle eligere cuius viam, per quam iudicium suum subvertatur, & corruat *l. si miles 3. vers. nec credendus. ff. de milit. testam. l. quoties 13. ff. de rebus dubijs.*

16 Quinto facit textus de iure regio, in *l. 1. tit. 1. part. 6. vers. la otra manera*, ubi ad hoc, quod testamentum non sit nuncupativum, sed inscriptis, requiritur scriptura non ad probationem voluntatis, sed ad substantiam testamenti, ut declarat Gregorius, *ibi glos. 6.* at si expresse non constet testatorem testari voluisse in scriptis, & non in alia forma, certe sustinebitur testamentum, quamvis perfectione testamenti in scriptis careat, dum tamen testibus legitimè probetur. Bartolus in *l. fin. ff. de iure codicillorum*, & continetur infra latè *cap. 15.* ergo quamvis non perficiatur testamentum ob impedimentum, in se perveniens, sustinebitur equidem, dum testibus legitimè probetur.

17 Sexto denique facit etiam de iure regio textus in *l. 1. tit. 3. part. 6.* ubi approbatur *Glos. in l. illa institutio ff. de heredib. instituend.* & dicitur, quod si testator coram septem

tem testibus, & tabellione instituit aliquem heredem, & fecit legata, & fideicommissa particularia, & tandem dirigens verba ad tabellionem, qui scripserat testamentum dixit sic. *E mandote que vayas a algun ome sabio, è en la manera que el ordenare que sea fecho mio testamento, è departidas mis mandas, que lo escribes tu assi, porque tengo por bien, que vala como el lo ordenare, estouce bien valdria lo que assi fuesse fecho por mandado del testador*, ubi lex finitur. Sed Hugo Celsus in suo repertorio legum istius regni in parte heredero *vers. 15.* ex aliquo forsam antiquo exemplari refert, eam legem ultra procedere, & dicere hoc modo, *aunque el testador antes que bolvièse el Escrivano fuesse finado.* Et idem affirmat Gomez de Leon *decis. Hispal. 58. nu. 2.* quod si verum sit optimè procedit argumentum ad nostram legem, & conclusionem, si quidem per mortem supervenientem testatori non corruit testamentum, licet non fuisset impletum, cum ratione voluntatis fuisset perfectum. Sic Peralta ubi supra *nu. 46.* ubi huic additioni superaddendum esse dicit, dummodo

ante mortem testatoris talis scriptura fuisset completa, & absoluta de concilio sapientis etiam incio ipso testatore, alias inquit, si constitisset, quod ante ipsius perfectionem, & complementum testator obiisset, non valeret testamentum, ut in similibus terminis tradiderunt Iason, *cons. 155. vol. 4.* & Decius *cons. 158. alias 159.* huc usque Peralta. Quam superadditionem veram non iudico, quia si certam damus Hugonis additionem, quid interest, quod ante mortem testatoris scriptura fuisset absoluta, vel non, si nunquam ei fuit lecta, & vivo vel mortuo semper incio testatore facta supponitur, quare hoc in casu cum voluntas perfecta sit, valebit equidem testamentum, sicut valet, quando committitur alicui dispositio, & commissarius illius virtute condit testamentum ex *l. 31. Tauri cum seqq.* & facit traditum à Matienzo in *l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. glos. i. num. 2.* ubi inquit, quod testamentum iure regio potest in vita testatoris incipi, & post eius mortem perfici, & finiri ab alio, qui ad id faciendum habeat facultatem Castillo, *lib. 2. controvers. cap. 21. nu. 40.*

nec concilia Iasonis, & Decij aliquid obstant, loquuntur enim in casu Oldradi
 23 *cons. 119.* quando vocavit testator notarium, ut voluntatem testibus manifestatam redigeret in scripturam, & antequam veniret mortuus est, de quo infra *cap. 13.* ubi contra Oldradum, & Decium ex magis communi opinione contrarium resolvitur.

24 His pro ratione decidendi traditis ad dictam conclusionem qua dicimus valere, & sustineri posse testamentum perfectum ratione voluntatis, etiamsi imperfectum ratione solemnitatis appareat, animadvertendum oportet, hoc maxime absque ullo dubio procedere, si in eo testamento testator Maioratum instituit, licet ergo procedere in substitutionibus, & nominationibus infirmitate gravatus non potuisset, sustinebitur testamentum, & Maioratus institutio, quia censentur factae nominationes legitime Molina de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 4. n. 27. & 28. addentes ad Molin. lib. 1. cap. 4. n. 38. ibi: *Et sic eo ipso quod quis de aliquibus bonis se facere Maioratum profitetur, tunc in perpetuum, & infinitum Maioratus institutus censetur, non tantum quo ad descendentes, verum etiam quo ad transversales, licet de transversalibus nullam mentionem fecerit in successione, quia hoc verbum Maioratus absolutum est, & generalissimum, & dubio procul omnes de familia fundatoris in infinitum comprehendit, sive regia facultate, sive aliter, sive ad certam, & specificam lineam referatur, ubi plures laudant ad de Alvarado de coniecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 6. Castillo lib. 2. controv. cap. 22. à num. 9. & lib. 6. cap. 143. ubi idem de Melioratione inquit Ayora, de partitionibus. 3. part. quest. 24. num. 68. Burgos de Paz in l. 3. Tauri num. 205. Quia hoc respicit conservationem, & honorem Familiae, memoriam testatoris, & utilitatem publicam, quae ex Maioratum fundatione evenit, l. 1. §. quivis, ff. de ventre inspiciendo, l. pronuntiatio, §. Familiae, ff. de verbor. significat. §. ceterum instit. de legitim. agnat. success. Molina de Primogen. lib. 1. cap. 18. non solum in infinitum Idem quoque dicendum erit in fundatione, sive institutione Capellaniae, quia eo ipso, quod testator eam instituat, censentur nominati*

con-

con-

consanguinei, & ipsi praefrendi sunt extraneis à Patrono praesentatis, quamvis testator propinquorum mentionem non fecerit, vel facta, & instituta Capellania obmutuerit. Cevallos *quest. 265. num. 4. & quest. 698. à num. 1. & in addit. n. 5. & q. 693. n. 13.* ubi inquit, consanguineum testatoris Sacerdotibus etiam in actu esse praefrendendum: cum certissimum sit, quod diceret testator, quod eligeretur, & institueretur talis propinquus, etiam si non sit actu Sacerdos, ne testator videretur alienam sobolem propriae antepone. Parladorus lib. 3. different. 120. n. 17. ubi ampliat, etiam si extraneus sit Sacerdos, & à Patrono praesentatus, propinquus tamen in minoribus ordinibus sit constitutus, Garcia, Lara, Mantica, Gomecius, Baio, & Carpio à me laudati in propugnaculo Hierosolymitano disceptat. 11. cap. 3. num. 16.

27 Contra dictam conclusionem, & decisionem textus in lege si quis cum testamento, minime obstat ratio dubitandi nam ad primam objectionem ex l. si unus, & l. si hac conditionissima, & alijs iuribus respondentur, verum esse testa-

mentum non solemne invalidum fieri, sed ab hac regula excipitur casus nostrae legis ex eo, quod voluntas, quae in testamentis totum facit, perfecta sit, & ob impedimentum superveniens solemnitas iure requisita non possit adhiberi. Nec obstat, quod testator facere non possit, quod minore solemnitate testamentum valeat, nam licet non possit hoc facere testator, potest tamen lex ex causa supplere solemnitate, ut in l. si. C. familiae eriscandae, & alijs traditis. *gsm. ibi. ubi*

28 Minus obstat, quod solemnitas sit introducta, ut possit constare de voluntate, nam potest esse explicita voluntas, & carere legitima solemnitate; Mantica de coniect. ultim. volu. lib. 3. tit. 20. n. 2. vers. tertio quoque modo ubi explicitam voluntatem esse dicit, in l. in testamento, ff. de fideicom. §. libertat. & in l. 2. C. de confirmat. tutor. & in d. l. hac consultissima, & tamen caret legitima solemnitate. Et similiter potest esse questio de solemnitate, quum sit de voluntate, ut patet ex Bartolo in l. 2. C. de bonor. possess. secund. tabul. n. 1. & c. 22. ex num. 6. infra continetur.

Ad leges ex ea scriptura 29

de testamentis, & fideicommissa, §. quoties de legat. 3. respondetur, loqui in casu, quo testatur non fuit, sed paratus ad testandum. Sic Menochius *conf. 45. n. 29. lib. 1.* vbi lex fideicommissa inquit, loquitur de eo, qui praeparavit testari, & morte praeventu non potuit. Stephan. Gratianus *d. cap. 550. n. 45.* vbi quod lex ex ea scriptura loquitur de ea qua ad testamentum faciendum parabatur, sed nos loquimur in casu vbi eventum fuit ad ipsum actum testandi. Magna autem vertitur differentia de vno casu ad alterum, vt constat ex *Vlpiano in l. 1. §. si quis in duobus vers. Sed & si vnum, ff. de bonor. possess. secund. tabul. ibi; Sed, & si vnu fecerit quasi testamentum testator, aliud quasi exemplum, siquidem id extat, quod voluit esse testamentum bonorum possessio petetur: si vero id, quod exemplum erat, bonorum possessio peti non poterit.*

32 Tandem pro perfectione Capitius animadvertendum est, dictam conclusionem, & decisionem textus in *dict. l. si quis cum testamentum* procedere etiam de iure regio, quia nulla lege regia decisio dicta invenitur mutata, aut

alterata tacite, aut expresse, non lege 3. Tauri, *l. 1. §. 2. tit. 4. lib. 5. Reco.* imo nullibi verbum reperitur, quo alicuius alterationis, & emendationis introducendae occasio sumere valeamus. Ultra quod lex nova, quae iuris communis est correctoria restringenda est, vt quanto minus fieri possit, recedatur a iure communi per textum in *c. cum dilectus de consuetudine*, nec debet extendi ad alios casus, quam ad eos de quibus nominatim ibi fit mentio. *l. ius singulare, l. quod verò contra, ff. de legibus.* Et sic expresse animadvertunt *Burgos de Paz in l. 3. Tauri n. 251. Ant. Gomezius n. 19. Pet. de Peralt. in d. l. si quis in principio testamenti n. 45.* Dum innuit manifeste dictam legem si quis cum testamentum illam, atque intactam manere hodie, & in praxi servata, nec villo iure nostro abrogata, & subdit, quod casus eiusdem legis est singularis, & utilis, & quotidianus, & saepe solet accidere, & per aliam legem, quam ipse sciat, non posset ita bene decidi, vt per illam deciditur, ideo est valde notabilis, & quod non semel vidit eum ex facto obvenire. Idem quoque tenet *Alvaradus de coniect. ment.*

ment. defunct. lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 14. Et in melioratione tertij bonorum filio facta sermonem faciens Rodericus Suarez in *d. l. quoniam in prioribus, C. de inof. testam. in declarat. legis regni, quest. 4. circa fin. late, & doctè Castillo dict.*

cap. 21. ex num. 30. cum seqq. vbi num. 38. & 39. Idem sensisse dicit *Tellum, & Matienzum* in locis vbi per eum, qui omnino in hoc videndus est, si dubium fuerit, sed ita certum existimo, vt careat omni prorsus dubitatione.

